

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2484

Auteur(s) : Guillaume Painel, chevalier, Hambye (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôpital-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1265, mai

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Painel, seigneur de Hambye, confirme la donation faite à l'Hôtel-Dieu de Coutances par Jean Painel, seigneur de Hambye, d'une rente annuelle de dix quartiers de froment à Bréville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXXXIV, p. 69-71.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Guillermus Paganelli, miles, dominus de Hambeia, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego ratas et gratas habeo et hoc presenti scripto confi[rmo], pro salute anime mee et antecessorum meorum, donationem, concessionem et elemosinationem quas fecit Domui Dei et Sancti Spiritus et beati Anthonii Constanciensi et priori et fratribus et pauperibus ejusdem Domus, Johannes Paganelli, quondam in ecclesia Constanciensi archidiaconus, prout in carta ejusdem Johannis, quam ipsi prior et fratres super hoc confectam [habent], plenius continetur ; videlicet de decem quarteriis frumenti, ad mensuram de Sancto Paterno, annui redditus ad festum Sancti Michaelis, que quidem decem quarteria frumenti emerat idem Johannes Paganelli ab Ermina, que fuit uxor quondam Roberti de Ponte, militis, defuncti, tempore viduitatis sue, in parrochia de Brevilla et etiam tr[es bussellos fru]menti, quos quondam dedit et concessit eisdem dicta Ermina in hominibus et tenentibus inferius nominatis et eorum tenementis, que tenebant de ipsa, ratione maritagii ipsius, in parrochia predicta : Videlicet Ranulfus de Moncello et sui participes tria quarteria frumenti, super sex petiis terre continentibus undecim virgatas terre vel circiter, quarum prima [jungitur] ad terram Radulfi Yvon et terram Petri dicti Episcopi a lateribus, et butat ad Campum de Moncello et terram familie Thome de Brevilla a capitibus. Secunda pieca jungitur ad terram [fami]lie Robillo [] et terram Guillermi Vichier a lateribus et butat ad terram familie Petri Amis et terram dicti Caline a lateribus. Tertia pieca terre jungitur ad terram dicti Ranulfi de Moncello [et terram] Guillermi Poenes a lateribus, et butat ad campos de la Miseriere et terram Calyne a capitibus. Quarta pieca terre jungitur ad terram Ranulfi de Molendino et terram Thome Levavassor a lateribus, et butat ad terram Guillermi de Vico et terram Campi de Curia de Brevilla a capitibus. Quinta pieca jungitur ad terram Guillermi de Brevilla et terram Guillermi de Moncello a lateribus, et butat ad terram Guillermi de Brevilla et terram Roberti le Carpentier a capitibus. Sexta pieca terre jungitur ad terram Guillermi de Vico et ad cheminum per quod itur apud Sanctum Paternum de Brevilla a lateribus. Johannes dictus Torte Roe, quinque bussellos frumenti super quadam pieca terre continente quinque virgatas terre vel circiter, que pieca terre jungitur ad terram dicti Johannis Torte Roe et terram Guillermi de Brevilla a lateribus, et butat ad masnagium Rogeri Fouques et ad terram Guillermi

Liejart a capitibus. Guillelmus de Karoles quinque bussellos frumenti super septem peciis terre continentibus sex virgatas et dimidiam terre vel circiter ; quarum prima pecia terre jungitur ad terram Guillermi de Brevilla et terram Petri Maheut a lateribus et butat ad terram Guillermi de Brevilla et terram domini Roberti Pyquelin presbyteri a capitibus ; secunda pecia terre jungitur ad terram dicti L. Maheut et terram Petri de Ruella a lateribus, et butat ad terram Roberti Eudonis et terram Johannis Calyne a capitibus ; tertia pecia terre jungitur ad terram Petri Maheut et terram de Campo de Vico a lateribus et butat ad terram [] a capitibus ; quarta pecia terre jungitur ad terram Petri dicti Abbatis et terram Petri Maheut a lateribus, et butat ad vicum de Maledic et terram Roberti de [] a capitibus ; quinta pecia terre jungitur ad terram Domini de Brevilla et terram Petri Maheut a lateribus et butat ad terram Ranulfi de Moncello et ad cheminum Tangoor a capitibus ; [sexta pecia terre] jungitur ad terram de Langtengerie et terram Petri Maheut [a lateribus], et butat ad terram Guillermi de Brevilla et ad cheminum as Tangoors a capitibus ; septima jungitur [ad terram Petri] Maheut et terram Guillermi de Brevilla a lateribus et butat ad cheminum per quod itur a Brevilla apud Brehal et ad terram dictorum Abbatum a capitibus. Johannes de Mashon tres bussellos [frumenti super] masnagio quod est Roberti Oreille et jungitur illud masnagium ad terram Ricardi Leconte et terram Roberti Bien Seaant a lateribus et ad terram Roberti Amis et ad cheminum [per quod itur de Bre]villa apud Donvillam. Petrus Maheut septem bussellos frumenti super septem virgatis terre vel circiter, quarum prima jungitur ad terram Guillelmi de Karoles et terram domini de Bre[villa a lateribus et] ad terram Jordani Calines et terram familie Radulfi Cauces a capitibus ; secunda virgata terre jungitur ad terram Guillermi de Karoles et terram Petri Maheut a lateribus [et ad terram] Jordani Caline et terram Roberti Yvon a capitibus ; tertia virgata jungitur ad terram Guillermi de Karoles et terram Petri Maheut a lateribus, et butat a capitibus ad terram Roberti Yvon ; quarta virgata jungitur ad terram Rogeri Le Desne et terram Guillermi de Karoles a lateribus, et butat ad terram Guillermi de Karoles et ad viam de Viledic a capitibus ; quinta virgata jungitur ad terram Petri Maheut et terram Guillermi de Karoles a lateribus, et butat ad terram Ranulfi de Moncello et terram Guillermi de Sancta Maria a capitibus ; sexta virgata terre jungitur ad terram relicte Roberti Labé et terram Roberti de Vat a lateribus, et butat ad cheminum de Cruce Auveredi et terram familie Thome de Mara a capitibus ; septima virgata terre jungitur ad terram As Piquelins a lateribus et butat ad cheminum per quod itur a Brevilla apud Brehal et ad terram Ricardi Costart. — Dionisia La Paumière decem bussellos frumenti super sex peciis terre continentibus novem virgatas vel circiter, quarum prima pecia jungitur ad terram Guillermi de Sancta Maria et terram Guillermi de Moncello a lateribus, et butat ad terram supra Costillum et terram as Greves ; secunda pecia terre jungitur ad terram Thome Papeillon et terram Johannis de [] a lateribus et butat ad cheminum de Leprosaria de Brevilla et terram Petri Maheut a capitibus ; tertia pecia terre jungitur ad terram Ranulfi de Moncello et terram Gaufridi [Amis] a lateribus et butat ad terram Johannis Desdoitiz et ad cheminum per quod itur [] quarta pecia terre [jungitur ad] terram Rogeri Le Desne et [ad terram her] edum de Brevilla a lateribus et cheminum de Sancto Paterno [] [quinta pecia terre] jungitur ad terram Ran[ulfi] a lateribus et butat supra montem de Landis et terram supra vicum per quod itur apud Brehal ; sexta pecia jungitur ad terram familie [] de Villa a lateribus et butat ad terram Roberti de Villa et terram Thome de Villa a capitibus. Tenendum, habendum etc. Ego vero dictus Guillelmus et heredes mei tenebimus et habebimus in predictis hominibus et eorum heredibus et tenentibus homagia, moutas, relevia et regarda, que ratione premissorum debentur, que dicti homines et heredes eorum et tenentes michi et heredibus meis facere et reddere tenebuntur. Volo siquidem et concedo quod dicti prior et fratres eorumque successores, in jam dictis hominibus et eorum heredibus et tenentibus ac eorum tenementis, pro predicto reddito habendo, possint suam plenariam justiciam exercere, nisi [predicta] ad dictum terminum singulis annis eisdem libere redderentur, sine contradictione aliqua de cetero mei et heredum meorum. Ut hoc autem firmum et stabile permaneat in futurum, presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie millesimo ducesimo sexagesimo quinto, mense Maii.